



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

I. De Loco, an debeant portari decimæ in horrea clericorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

- 46 Decima tamquam onus reale sequitur tampradii, quam fructuum detentorem.
- 47 Decima solvenda est nihil soluto iis, qui decimas solvere debent, non attenda quavis consuetudine.
- 48 Decima secunda sunt cum integritate, & sine diminutione.

CAP. VI.

De circumstantiis loci, temporis, & modi solvendi decimas, seu qualiter solvantur decima.

QUAERO PRIMO de loco, An debeant decima portari in horrea clericorum?

PRIMA CONCLUSIO. Ubi sine magno labore, & sumtu id fieri possit, debent decimæ † portari in horrea clericorum: ita in specie tradit Covar. d. lib. 1. var. resol. c. 17. num. 8. vers. 8. ex his colligi poterit, sic intelligens gloss. in c. cum homines, quam ibi Abb. & Doct. sequuntur, de decim. & Jas. l. 2. q. 27. C. de jur. emphyt. absolute dicentes, ad id solventes decimas teneri, quod etiam tenuit Io. An. in add. ad Spec. eodem tit. sup. 2. libell. Vinc. Franc. decis. Neap. 124. nu. 1. Franc. Vir. decis. 4. nu. 33. & est text. juncta gloss. in c. revertimini, 16. q. 2. & tenent Doct. in c. ex parte. il. 2. de decim. teste Abb. c. pervenit, num. 3. eodem tit. & sequitur Hispan. reg. decim. q. 14. num. 6.

SECUNDA CONCLUSIO. Non possunt † laici decimas solventes fruges asportare, donec clerici, quibus solvendæ sunt decimæ, certiores fiant de collectione; ita in terminis voluit Specul. rit. de decim. in fin. quem sequuntur Abb. & Doct. communiter, c. ex parte, il. 2. de decim. Capel. Tholos. decis. 109. & alii quos refert, & sequitur Covar. ubi supra, licet in hoc † possit induci contraria consuetudo, ut possint fruges in propria horrea condi, ut late tradit Cravet. consil. 21. quem

4 *Sequitur ibidem Covar.* Imo potest † Curatus, & alius exactor decimarum obtinere inhibitionem domini fundi, ne fructus exportet ante decimæ solutionem, post *Guid. Pap. dec. 283. Io. An. Collect. Anchar. Card. & alios, c. ex parte, il. 2. resoluit Rebus. d. tract. q. 5. n. 23.*

TERTIA CONCLUSIO. Si horrea sint ad hoc publice deputata, † debent decimæ in illa horrea, ubi de hoc adfit consuetudo, debent in horrea clericorum portari decimæ, alias secus; ita *Covar. loc. cit. intelligens Archid. d. de decim. in 6. Fel. c. si autem, in 4. de rescript. & alios quos refert ibi, dicentes, absolute non sic decimas portandas in horrea clericorum, nisi illis petentibus.*

6 QUARTA CONCLUSIO. Valet consuetudo † de portandi decimas in horrea; ita *Rebus. in d. tract. q. 13. num. 49. post Host. in summa tit. de decim. §. si q. 16. Collect. cap. in aliquibus, eod. Craver. cons. 21. Paris. cons. in c. considerata, col. 2. vol. 4. & colligitur ex his, quos recensuimus 1. & 3. conclus.*

7 QUINTA CONCLUSIO. Valet † consuetudo ut decimæ, hoc est, pars decimalis frugum relinquatur in agro, dummodo Curatus monitus fuerit, antequam aliqua fructuum fieret separatio; ita *Curr. in c. fin. in requis. de consuet. post Host. in c. certificari, de sepult. Cap. Tholos. decis. 432. Roffr. in tractat. de libel. jur. Can. rube. qual. decim. sit dan. Rebus. d. q. 13. n. 50. & alii apud Covar. in collect. jur. Can. collect. ult. 1. part.*

QUÆRO SECUNDO, Quo tempore solvenda sunt decimæ?

8 PRIMA CONCLUSIO. Decimæ prædialibus † solvi debent statim ac fructus collecti sunt; tex. est, ubi *Abb. & alii Doct. in c. cum homines, de decim. & not. Rebus. d. q. 12. nu. 1. & 2. Lxl. Zanch. de privil. ecclesie. pro vil. 120. n. 11. Guid. Papæ cons. 70. ex processu, q. 1. ubi etiam intelligit statim, id est, quanto citius solvi possunt, ut etiam voluit gloss. pen. d. c. cum homines, in illius gloss. & sufficit, quod † fructus sint collecti, licet granum sit cum palea, ut videtur velle *Rebus. d. q. 12. num.**